Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in VIII libr. philosophicorum Arist. exceptus a Michael Schweizer, mon. Salemitani professo - Cod. Ettenheim-Münster 359

Specius, Johannes

[S.l.], 1596

Caput 2,3 & 4tum

urn:nbn:de:bsz:31-132384

cur Aristoteles non proficit à causis ad effecta à
principiis & adeo quod ex iis quae constant è partibus
ad totum progreditur cum ipse dicat expresse pro-
grediendum esse ex iis quae nobis notiora adeo
quae sunt notiora natura. Respondeo 1o Aristotelem Respondetur 1o.
servare id quod servandum esse dixit: Ab effe-
ctibus namque & signis nobis notioribus ostendit id quod
notum est ignotis notis non natura nempe dari
prima rerum naturalium principia: Et sic licet
à causis incipiat quae sunt notiores natura illas
ipsas tamen causas per media notiora nobis in-
vestigat. Respondetur 2do Hoc ipso quod à com- Respondetur 2do.
munibus rerum naturalium principiis & passionibus
tanquam natura notioribus incepit illum et incepisse
à notioribus nobis cognitione utique confusa. Nam &c.
quia agere de principiis & passionibus communibus
rerum naturalium est agere de corpore naturali in
communi à quo tanquam nobis notiori confusa cogniti-
one procedit ad corpus naturale in specie decla-
randum.

Caput 2. 3. & 4tum.

tribus his capitibus recenset et confutat Aristoteles opiniones veterum Physicorum de eorum principiis quibus tamen commemorandis et refellendis longiores non erimus cum de his exactissime scripserint Aristoteles toto lib. 4. suae Phys. Fons. in cap. 3. et sequentia libri primi Metaph. et in quaestionibus primi cap. Physicorum Conimbr. in lo. Phys. c. 7 quaestionum ca. Zegata et 3tium caput libri primi Plutarchi de placitis Physicorum. Praemissa igitur notione principii quod videlicet sit id ex quo omnia ipsum vero ex nullo quam omnes Physici admisserunt sententiae omnes breviter et historice in hanc summam collegi possunt. Necesse autem unum tamen esse principium aut plura. Si unum aut illud est mobile aut immobile: si plura aut sunt finita aut infinita: Si infinita aut sunt genere aut specie unum figura vero diversa aut sunt contraria vel specie diversa.

Unum immobile principium posuerunt illi qui putarunt omnia esse unum ut Xenophanes Parmenides et Melissus hoc tamen discrimine quod Parmenides dixerit illud unum esse finitum Melissus vero infinitum. Hoc refutat Aristoteles cap. 2. et 3.

D[e] esse principii

NB

Qui posuerunt unum immobile principium.

Hoc refutat Arist.

cuiq 1mi Phys: et cap 7 1mi Metaph: Quamvis
si eum principia materiis partia passiones undiq motu
tollant adeoq totam mater evertant vix dig-
ni sint qui inter praetos materes numerentur: Nec
illud sunt unum immobile principium pro materiali
principio ponere potuerunt cum oes ab eo muta-
tionem sustulerit. Qui vero unum mo- — *Qui posuerint unum Mobile principium materiale.*
bile principium materiale posuerunt illi aut terram
posuerunt ut Hesiodus poëta, quamvis ex vulgi — *Aut posuerunt Terram.*
sententia hoc fecisse videatur ut ait Philosophus
1o Metaph. c 7. textu 14. Nullus n. philosophorum
ex iis, qui unum principium asseruere terram
pro principio posuit eo quod nimium densa con- — *Quare hoc non possit esse principium.*
cretaq esset et adventitias formas aegre
admodum exciperet. Aut aquam ut Thales — *Aut aquam.*
Milesius et veteres illi theologi Orpheus
Linus Musaeus et Typhon quem tamen e numero — *Sed nec hoc est.*
philosophorum eijcit Arist 1o Metaph. c 3. Aut
aërem ut Anaximenes et Diogenes Apolloniates: Aut — *Aut Aerem Sed nec hoc est principium.*
Ignem ut Heraclitus Ephesius et Hipposus — *Aut Ignem.*
Metapontinus. At vero cum materia 1ma non videatur
aliquid esse sensibile sed potius aliquid praeter sensibilibus quam,
si eorum fundamentum lateat, ideo nonnulli posuerunt

Aut medium inter ignem et aquam. — ... medium inter aquam et aërem quorum meminit Arist. 1° Metaph. c. 7. Alij medium inter aërem et ignem

Aut medium inter aërem et ignem. — quorum opinionem Arist. in hoc 1° lib. c. 6. textu 54. vero similiorem censuit propterea quod elementa contrariarum qualitatum inter se teneant quanam ... principium oportet. Neq. si ... ut nam si Francisco Vicomercato in 2° eiusdem cap. primi physic. credimus omnes hi fere unum principium voluerunt magnitudine esse infinitum ne unquam gignendis rebus materia deesset. Unde Anaximander ut refert Plutarchus lib. 1° de placid. philosoph. c. 3. ipsam materiae infinitatem pro principio posuit nec dixit utrum haec infinitas sit aër ut aqua ut ignis.

Empedoclis opinio. — Plura principia materialia eaque finita posuit Empedocles videlicet aquam ignem aërem terram: cuius opinionem elegantissimis versibus lib. 1° refert Lucretius. Spectat huc et Archelai Athenienses et quos Plutarchus quod posuit aërem infinitum et quod circa eum sit densitatem et raritatem; horum alterum ignem alterum aquam esse putabat; quamvis alij eiusdem eum sententiam faciant cum Anaximene. Plura

quoq finita principia posuit pythagoras in sua
schola nempe numeros numerorumq symmetrias
& harmonias. Omnia arithmetici isti philosophi
a tamen principia [illegible] et virtutes proprietates
& affectiones rerum naturalium adeoq universae
naturae ordine in numeros retulerunt praesertim
in denarium cui ex pythagorica disciplina
mysteria quaedam & occultam vim inesse existi
mabant tum et ob numeri huius excellentiam
in quo caeteri clauduntur: Omnia numerando
ad denarium perveniunt unde quasi absoluta
numeri perfectione ad unitates redeunt eamq
iterant. Platonem quoq ait plutarchus posu
isse tria principia Deum Materiam & Ideas.
Aristoteles cap. 4. ait eum posuisse Magnum &
parvum. De platone scribit Justinus philosophus &
Martyr in sua paraenesi eum in sententia de
principijs sicut & alijs plerisq [illegible]
um fuisse ut aliquando tria principia posue
rit, Deum materiam speciem, alias 4. quippe qui
mundi animam his tribus adiecerit. Parmenides
videtur licet secundum istam & rei veritatem unum
tantum principium idq immobile posuerit duo tamen

Plato tria principia dr posuisse.

posuit secundum apparentiam et communem opinionem
utrumque calidum et frigidum. Secus ut scribit
Aristoteles 1o lib. physico c. 5. ignem terramque appel
lavit.

Alia opinio.

Plura principia materiae eaque multitudine infinita
eiusdem speciei sed figura diversa posuit Leucippus
Eleates eiusque familiaris Democritus Abderites
hosque secuti Epicurus et Lucretius. Volebant
hi ex atomorum varie genere situ et ordine to
tam hanc rerum universitatem et varietatem consti
tui, cuius sententiae non semel meminit Cicero in suis
operibus philosophicis. His atomis quas ipsi et vocabant
corpus et plenum addebant alterum quod vocabant
vacuum et inane. Principia materiae multi
tudine infinita et specie diversa posuit Anaxa
goras. Putabat enim sic unamquamque rem fi
eri, sic ex partibus similibus atque natura eiusdem
ossa utque e pauxillis atque minutis ossibus: sic
et de pauxillis atque minutis

Visceribus viscus gigni sanguenque creari
Sanguinis inter se multis coeuntibus guttis.

Hanc autem partium similarium infinitatem vocant non
nulli panspermiam Lucretius et Plutarchus homoeo
meriam

homoiomeriam. Arist. 1o phys. c. 3. Et ipse quoque
Lucretius paulo post superiores versus aliter videtur
narrare sententiam Anaxagorae quasi sic: existi-
marit carnem autem ex carunculis et viscera ex
minutis visceribus &c: sic et ex aliarum rerum
particulis gigni; Verum tamen carnem quod plures parti-
culas carnis et sanguinem quod plures particulas
sanguinis habeat. Nam Anaxagoras omnibus
rebus omnes putat immixtas latitare sed unum
apparere illud cuius sint plurima mixta
Et magis in promptu primaque in fronte locata.
Conatu prorsus vano atque irrito contendit Simplicius
hoc in libro ad textum 6um. philosophorum placita
Caeteraque enumerata ad verum aliquem sensum
traducere. Nos meliorum philosophorum vestigijs
insistentes Aristotelis solius opinionem tueri atque
illustrare conabimur qui in hac controversia
non sine magna ingenij laude veritatem omnium
prae caeteris certe nempe assecutus est et quae ab alijs
falsò dicta erant rejecit quae vere et obscure
in perspicuam lucem traxit. Minime vero
mirandum est veteres illos adhuc instar
balbutientes ad hunc pertia hac in re ut in multis

Inanis Simplicij labor.

Nos Artis sententiam amplectimur.